In Errata.

INter Accipitrem *et* Buteonem,
Iuxta phraſem percommunem,
Spectans iſta typis data,
Hæc comperui Errata ;
Quæ ſi corrigas (*Candide Lector*)
Plena coronet pocula nectar.

Errata Part. II.

PAg 22. lin. 5. pro *limi*, lege *lini*. pag. 30. lin. 2. pro *cæruleum*, lege *cæruleum*. pag. 40. lin. 1. pro *vani*, lege *veni*.


Errando diſco.

Querela Clientis;
Medela Patientis.

Integerrimo Viro,
IVLIO CÆSARI,
Equiti Aurato, vni ex intimis Regis Consiliariis penitissimo, Sacrorum Scriniorum Magistro;

Richardi Brathwait
ARMIGERI
humillima Petitio.

Phot. of HEH 56662



Querela Clientis;
Medela Patientis.

Integerrimo viro,

IVLIO CÆSARI,

Equiti Aurato, vni ex intimis Regis Consiliariis penitissimo, Sacrorum Scriniorum Magistro;

Richardi Brathwait

ARMIGERI

Humillima Petitio.

VNde est (Vir verè venerande, *Æonidum Atlas, Mæonidum Mæcenas*)

quod Clientulus iſte tuus tam querulo more, pallido ore, neglecta veſte, ad te prodit? tam tremulo pede, trepido paſſu, ad te properat? Iſte ſcilicet, qui intra Academicos muros natus, lactatus, educatus, tot conſpicuos gradus à manu almæ parentis, intemeratæ matris accepit? Iſte, qui tot prænobiles habet ac ſpectabiles viros

ros

ros in hac florentiſſima Repub. quorum ope, opibus, & opera vtatur, quorum præſidiis ſuſtentetur; ſi in vllas anguſtias, fortunæ inclementia, redigeretur? Eheu! Quia iſte Academicus in lites mutauit literas. Et iſtæ in foro agendæ ſunt tuo. Agendæ, dicam? imò actæ. De me autem ac fortunis meis penitùs actum eſt, ſi non ali-

tèr actæ. Quid enim mihi integrum relinquitur, si propria hæreditas mihi tollatur ? Quinam autem sunt isti, quibuscum causam agimus ? Rustici pessimæ conditionis, pertinacissimæ dispositionis, & tamen Coloni mei. Et hinc lachrymæ meæ! Pauperes se esse fingunt, me tamen meaque exhauriunt : seque ex patrimonio meo mi-

serè

ſerè diuites reddunt; *Alienos agros* (iuxta Comicum) *arant*, *familiares deſerunt*. Denique litibus aluntur, ſucco inanis gloriæ paſcuntur ; ſic Dominis ſerui liberè dominantur. Imò non me, ſed mandato tuo procacitèr ſpreto, haud citiùs Ordinem contra Ordinem Curiæ iniuſtè extorſiſſent, (alio interim Ordine in publicun prolato)

to) quam relicta vrbe rura repetunt, vbi de me ac deplorata causa mea fabulam narrant, dum *pæanem ante victoriam* cantant. Nonne ista te mouent? imò intimè mouent: cur igitur sententiã non mutant? Quid feci? in qua re deteci? vt in causa tam bene merente perirem, pereundo, aliis etiam (quod multò peius est) periundi ansam præ-

præberem ? Tanta inter *Academicos* & *Iuridicos* orta est disceptatio? Quis enim, modò humanitèr spiret, me vnà cum naufragante causa mea, siccis oculis spectet ? parce quæso (Vir amplissime) si liberiùs Orationis meæ telam, querelam dicerem, protraham. « Vulnera clausa potius cruciant ; recluſa medicinam quærunt. Quid in defen-

defensionem causæ proferatur, quod isti *Euclyones* pessimi palmã in certamine tam iniquè suscepto, prosperè peracto, acciperent? An attritæ vestes, ementiti vultus, lachrymabiles voces, tantam compassionem tibi incusserunt? Noui te, quod omnes æquè norunt, eo candore, amore, suauitate, ac benignitate præditum esse, vt aurem

rem non minùs apertam, quàm manum porrectam indigenti habes. Quorsum autem hæc? Isti, qui fauorem tuum tam callidè mendicarunt, minus miserandi sunt, quia parùm miseri.

Oleo & succo, vua & medulla hæreditatis meæ pascuntur; interim, nec solatium nec subsidium mihi suppeditare dignabuntur.

De

De lana Caprina rixari iuuat: Tantaq; est prauitas ac peruicacia Naturæ suæ, "vt loculos limbus effusos, pauperibus clausos habent. Istine igitur qui tam inhumaniter Dominos tractant, eosque sub iugo seruitatis pessimæ redigere quærunt, tantam clementiam ac insperatam prorsus beneuolentiam inuenient? An illi, quò se contu-

contumaciores erga Dominos gerunt, eò acceptiores publicis foris fient ? Quid non impunè, si hoc tutè ? *Zeno* ille, cùm *Brusonem* suum, Latronem iniquissimũ comperuisset, caulam sciscitabat ab eo illius latrocinii sui ; cui responsum fecit, quòd *fatum eius erat furari ; Et fatum erit tuum* (inquit *Zeno*) *flagellari*. Nonne eodem ferè modo respon-

ſpondendū eſt hiſce contumacioribus viris? "Dicent enim, nec ſine oſtē atione, ſe à Natura litibus agendis eſſe deditos, ſeque multò libentiùs totam ſubſtantiam exhauſturos eſſe in iniuriam vindicando, quàm in vnum obolum indigenti erogādo. Nonne debitis cenſuris iſti ſunt deſtinandi? Impunè tamen euadunt ſupplicia, & ex iniquis

iniquis præliis ſibi adferunt commoda: O turbidi fluctus, quò tantoperè intumeſcitis? Nulluſne finis ſuperbiæ veſtræ? Nullus contentionis veſtræ? Nullum imponendum eſt iugum duriſſimæ ceruici veſtræ? O quid grauius, quid generoſo animo indignius, quàm Plebeïs ſuccumbere fatis? Ingratis ſervire Dominis?

nis? Imò, iniquis parere seruis? "Iis miserum est parere, qui sibi ipsis nesciunt imperare. Qua facie, qua mentis acie, ad patrias fines reuertendum est; vbi generosa progenatus stirpe, amore stipatus patriæ, numerosa ditatus prole, & aprico lætatus Sole, diù, verè diù, sub propria vite, ac vmbraculo ficus meæ, molliùs recubui? Quis

Quis me meis charior? Quis amplexibus omnium gratior? Quis publicis officiis præstandis, (nec arrogantèr hoc dictũ existimari vellem) alacrior? Quis priuatis acrior? Quis castigandis crescentibus vitiis seuerior? Quis consiliis impertiendis liberior? Noui enim, apprimè noui, quòd *mors ista Criminum* fuit *vita Virtutum*; quòd facilius

cilius esset initia virtutũ impedire, quàm impetus regere. Quæ enim nascentia sunt mala, crescentia peiora. Quò autem ista trophæa iustitiæ? Quò ista monumenta pietatis patriæ? *Debemur morti nos nostraque.*—In publicum theatrum producti sumus, & Scenam infœlicitèr egimus. Liceat tamen, (modò liceat) iis verè *generosis* Septentrionali

trionali parte habitantibus, querelas meas impertire, quos præcipuè causa mea spectat, quos intimè tangit & torquet.

" Parcite (precor) & veniam date cæptis, infælicitèr susceptis, infæliciùs peractis. Vobis iniuriam ex proposito non intuli ; satis sit, quòd eò operam dedi, oleum impendi, quò vos æqui consulerem, communi paci

paci prouiderem ; & si operam tam nauitèr impensam, perdidi, temporis culpæ non causæ crimen transferatur. Nocturnis vigiliis seriò ac sedulò incubui, meipsum occasioni temporis applicui, inter dormiendum aliquid nouum mihi semper proposui, quò vobis æquè nobis compatientibus nonnihil boni adferam.

Quò

Quòtamen tot labores, tot vigiliæ & ſudores, ſi eius auſpiciis minùs faueantur, eius præſidiis minùs fulciantur, à quo originem & finem ſortiuntur? Credite, propriæ non tãtoperè quàm veſtræ famæ conſulimus. Nec de naufragio noſtro tantùm indolem' quàm veſtro. Neque enim me latet, quàm multi agreſtes ac inculti homi-

homines, qui antehac verè mites molleſque erant, ſuperbiorem vultum induent, & de victoria nuperrimè nacta, ac ſi pugna nunquam eſſet renouanda, inanitèr ſuperbient. Me enim ſub ſilentio & videre & audire arbitror, nec inſolentiam eorũ minùs miror, quamplurimos huius farraginis, qui in fanis, foris, & publicis locis lepidè geſtient,

gestient, se Dominos Dominis esse factos, & coronam dici esse adeptos, nec se ampliùs mandatis nostris esse obtemperaturos. Requiescite tamen pauliſper, nubecula est, citò transibit. Si ista libertas nobis adempta sit, nullum prorsus discrimen inter *Cedrum* & *Myricam* inueniemus. Æquum est quod seruiant, alitèr enim

ſæuient. Nec dubitandum eſt, quin integerrimi iſti *Iudices*, in quorum pectore ſcrinium iudicii ſitum eſt, vindicias nobis intactas ac illibatas relinquent. Interim, *Vincit qui patitur*. Glorientur iſti, & dementiam ſuam plebēis ſuffragiis narrent. Nos meliora didicimus & nouimus; Quædam primo aſpectu verè læta & ſerena apparent,

rent, quæ triſtiorem exitum plerunque proferunt. Tempus (ni fallor) veniet, quando *Poſſe & nolle nobile erit.* Nihil eripit fortuna, niſi quod ipſa dedit; Nec aliquid auferet, quod patienti non reſtituet. Fugientem ſequitur, ſequentem fugit. Diſcamus igitur hiſce tandem minutiis, nec proſperis inflari, nec aduerſis agitari, in

vtraque verò conditione, ſumma animi moderatione frui. Hinc *ſartum tectum*, quo tegamur, *aureum ſcutum*, quo muniamur, *Sacrum iugum*, quo Deo vniamur! Imò, in re nulla conſtantiam mentis expertam magis habui, quàm in iſta fortitèr ferendo, & coronam patientiæ de tali coronide mihi parando. *Antæus* (mihi credite) factus

ctus sum, quò enim grauiùs cecidi, eò fortiùs surrexi. Noui enim *Odores*, quò magis teruntur, eò esse suauiores; & *Palmas*, quò magis premuntur, eò creuisse altiores. Sequamur igitur vestigia illius Sapientis, *Iniquum petamus, vt æquum feramus.* Nulla nobis grata esset serenitas, si nulla esset tempestas. Probamur, quò ad altiora

paremur. Dicetis forsitan cum *Octauia* ; " *Solantur ista nostra, non releuant mala.* Nos autem non *Octauiæ* lumus ; munditias, mulieribus, viris laborem conuenire didicimus. Cuncta fragilia sanari licet, difficilia, pati facilia. Nos enim, qui *horis* non *annis* vitã metimur, omnem horam viam, omnem annum, semitam ad cœlestẽ patriam

patriam facimus. Vita via; mors meta. Hîc ad Symbolum ſoluendũ cogimur, priuſquam de hoſpitio egredimur; ibi poſtquàm egrediemur. Animus horizon eſt æternitatis & temporis; In hoc Horizonte Solem imitemur; Ille ſplendidior fulget in occaſu, quàm ortu; Vita noſtra præſtantior appareat in exitu, quàm introitu. Di-

cere autē mihi videmini, mellita iſta ſunt Pharmaca, mitia fomenta, placēt non placant, ſapiunt non ſatiant. Reſpondeo; " Salutaria quædā citra tactū guſtūq; odore proficiūt. Hoſce flores paſsim excerptos, & in vnum faſciculū aptiſſimo more redactos, ſi naribus mentis opportunè applicemus, tantam dulcedinem nobis adferent, vt

omnia

omnia aduersa prosperа facient, & inter procellas huius vitæ, serenitatem veræ ac germanæ patriæ nobis ostendent. Hînc enim illi, qui ne radiolum attigissent lucis diuinæ, tam inconstanti ac inconcusso animo discrimina huius vitæ tulerunt, ferendo vicerunt. Ne lachrymulam quidem iis excutere poterint vlla infortunia; tanta e-

ras eorum constantia, quæ ab exemplis scriptisque aliorum orta fuit. Non spectarunt isti *domum exteriorem* indies ruituram, modò integram ac intactam seruarent, *interiorem*. Alter alteri theatrum sumus; mimum vitæ agimus; in extremam vitæ scenam tendimus; quò comicum finem faciamus, nil nobis indignum, dum viuimus,

mus, agamus. Quid si isti *Nebulones Alcinoique* theatralē applausum quærant, quærēdo acquirant? Optimè nostis illud *Menandri*;

" *Omnis insipiens arrogantia & plausibus capitur.* Tollamus perizomata, & nudos nudè consideremus. Inanem aucupantur gloriam, nos perennem; seque gloriando victos, nos patiendo victo-

victores gestimus. Quiddã autem grauius faucibus vestris hærere sentio. Quid illud tandem? Nou nobis solùm, sed nostris nati sumus; iisque in hæreditario iure maximam iniuriam inferremus, si prouentus nostros per tot series temporum nobis deuolutos, ac proprio *arbitrio* derelictos, imminui pateremur. Quid enim liberè

liberè Liberis relinquatur, ſi talis Ordo iniiitietur? Hoc me equidem magnoperè mouet; Quis enim eſt, qui ſubnaſcenti huic malo non opportunè prouideret; præueniret imò, modò poterit? In *Cedratis tabulis* iſta incommoda manebunt ſcripta, nec prece nec precio delenda, inter *forenſes Annales* ſemel numerata. Hiſce igitur coaleſcen-

aleſcentibus malis quò aptiùs ſubueniamus, Amicis & fœlicibus & infœlicibus eoſdem vos præbete ; me boni æquique conſulite, ſerenâ fronte accipite, qui æſtum dici, tantæ onus prouinciæ veſtra gratia ſuſtinui ; pauliſper locum cedite, ac humanitate veſtra veniam date ; Ego ipſe eadẽ mente & voce inſtructus, nec minore conſtantia,

tia, quàm rei tam periculosè anxiæ competit, præditus, Eum, à quo diutiùs recessi, compellare institui; vt sub mea, communem causam agens, de vindicanda libertate iam iam labente, languente sanè, dissseram.

" Reflectatur (obsecro) oculus tuus æquè prudens ac iustus, ad æquitatem causæ meæ, & nil inuenies æquius; ad desideri-

desideriũ. Clientuli tui, & nil inuenies iustius; E contra, ad conditionẽ aduersarii diuertatur ister radius, & nil comperies proteruius; ad dispositionem causæ, & nil iniquius. Hisce fultus, hisce fretus, quò me vertam, nisi ad *Astrææ* sedem, iustitiæ Præsidem? Sacram tuam Curiam? Quæ (vt mollitis ac verè elegantulis tuis vtar verbis) suauita-

tis

tis est odor, serenitatis honor, æquitatis amor, charitatis ardor, dignitatis decor, pietatis splendor. Anne suspicandum est, quòd in forensi tuo fano, siue sacris dedito foro, aliquid proferetur, quo *natalia iura*, tot conspicuis priuilegiis sancita, tot inclytis legibus stabilita, tot antiquis temporibus celebrata, vno actu, vno ictu sint

sint releganda? Euolue *libros* nostros, per tot reuoluta tempora *manuscriptos*, à Maioribus nobis traditos, & inuenies quod tibi vndique satisfaciat. Hosce tamen ne in publicam lucem proferre licuit; interea, pertinacissimi isti, obsoletis quibusdam *Chartulis*, teste, tempore, nomine & omine, penitùs indignis, tineis præda factis, nouos

nouos introducunt mores, imminuunt prouentus, immutant consuetudines, seque contumacia sua, opes magnoperè auxisse iactant. O quàm fastidiosa sunt ista *Astreæ* auribus? Quàm dissona inculpatæ illius Deæ famulis? Inter quos, Tu, *Sidus clarum & beneficum*, cuius radiis omnes tenebræ erroris illicò sunt dispellendæ, omnes nubeculæ

nubeculæ terroris dissipandæ, præcipuo honore prosequendus es. Nonne enim te audiui ea die, ea sede, tanta moderatione, prudentia, & æquitate, causas publicas agentem, tanta celeritate dispensantem, tanta fælicitate finientem, vt nemo non te meritò admirari potuit, qui attentiùs te audiuit? Imò, meherculè incredibili gaudio perfus

fusus erã, quamdiù in aliorũ causis audiendis ac agendis te tam sedulò versatũ intellexi. Hînc enim spes mira emersit, & mihi auspicatissimũ assequendi diem altiorem fidem impressit. Nec præter spem euenisset quidèm, si eo Candore mihi causæque meæ illuxisses vsque in finem, quem lepidè narrasti in initio æque ac medio disceptа-

ceptationis noſtræ. Sciſcitanti enim *Amplitudini tuæ* vt reſponſum dediſſem, quos nummos à ſingulis iis accepiſſem, qui ſeſe ſubmiſſiùs mihi reddidiſſent : (Quæ pacis pignora, fœderis vincula, nullatenùs à me ſunt violanda) Tu, veluti Tragico cothurno vinctus, aut victrice laurea præcinctus, è Subſellio tuo candidè ſurgens, iſta vè-

rè

rè aureola carmina æquissimè protulisti:

Ferre quam sortè patiuntur omnes,
Nemo recuset.

Ista optimè memini, nec minùs merui. Prolato tamen carmini sententia tua nequaquàm competit. Isti enim *pertinaces*, qui grauiùs erant plectendi, *submissioribus* erant præponendi. Isti, qui fricatâ fronte, impudenti more, vnâ voce,

ce, vno ore in defen-
sionem causæ tam
leuis & iniquæ, debi-
lis & infirmæ pro-
ruperunt, beneuo-
lentiá conciliarunt,
& in pessima causa
optimè successerunt.
Ista reuerà periculo-
sa sunt exempla, eò-
que magis timenda,
quò *exempla* validi-
ora sunt quàm *præ-
cepta*. Hisce enim in-
struimur, illis verò
trahimur. Imò qui-
dem, magnoperè ca-
uendum

uendum eſt, ne illud vitio vertatur legibus, quod tumultuantium hominum transferendum eſt litibus. Dicent enim Nonnulli, *Leges aranearum telis ſimillimas eſſe*, quæ fortioribus flexiles, tenuioribus verè tenaces fiunt. Quas ego meherclè, Radios Conſulum, mœnia Ciuium, muniméta omnium, apertiſſimè ſemper aſſerui. Aſy-

la enim ſunt pacis publicæ, vbi nullæ admittendæ ſunt araneæ. Quò igitur confugiam, vt nauiculam meam, tot procellis immeritò iactatam, tot fluctibus agitatam, integrè reſarciam ? Gratias Altiſſimo ! licèt clauſa ſit *Iani* ianua, & diù ſit clauſa, reſerata eſt *Aſtræa* porta, & diù ſit recluſa. Spes manet in imis; Specula in nimbis ;

bis; Relicta est tabula naufragis; Ne trepidè hereas, anxiè fluctues, aridè langueas, vnum, eumq; vnicum, tibi elige in Satellitem, cui nitaris.

APPELLO CAESAREM, *Regem* vel *Consulem*; qui inultam meam non derelinquet, nec insufflatam deseret causam. Succinctè complectar omnia? Duo à me vnicè sunt po-

ſtulanda ; 1. Vt ſequente nimirũ Termino Dies inſtituatur, in quo antiquiores libri prouentuum & ingreſſuum, admiſſionum & immunitatum noſtrarum, in publicum proferantur ; 2. aut vt poſtulata noſtra tam æquè propoſita, aptè diſpoſita, integerrimo Viro Domino *Huttono* referantur, qui mores ac conſuetudines loci optimè

optimè nouit, eas acriore examine, perniciore lumine, perſpicaciore acumine diſcutiet, rationeſq; earum accuratiſſimè reddet. Quò vela igitur arctiùs contraham, vaſa in portu colligam, & in vnũ omnia redigam : *Per tibi Muſarum Særa — — Per limina & aras — Per Sacri nomen Iüli — Lachrymas vlciſcere noſtras.*

Me boni æquique
consule, æquitati
cauſæ prouide, finẽ
querelis impone, o-
bedientiæ ſtudioſio-
rem curam, Curiæ
maiorem reuerenti-
am, refragãtibus im-
prime : vt intra pro-
prias lares *Muſa* mea,
pro modulo ſuo, dul-
citèr viuens, optata
requie fruẽs, *Aſtræa*
ſacra, ope *Mineruæ*
celebret, laudes tuas
poematibus ſuis im-
miſceat, & tibi tu-
iſque

isque florentem statum, exitum beatum humillimè deprecetur & optet.

Fons turbatus & vena corrupta est Iustus cadens in causa sua coram aduersario.

Integerrimo Iudici,
IVLIO CÆSARI,
Aurato Equiti, AVGVSTO
Consuli, Musarum
Mercurio;
Melos *Musæi*.

IVLIVS CÆSAR.

Anagram.

I, Clarus æuis.
I, Curiæ Salus.

Gentibus I charus clarusque *sequentibus æuis*;
Curia, *cura*, Salus, *Ciuibus* ito *bonis*.

Dixit

Dixit, at erranti,
Terras Aſtræa
reliquit.
Terris ſemper erit, quamdiù Cæsar *erit.*
Perge potens Muſis, *patriæ decus, ægis egentis.*
Gratus vt es Muſis, *candidus eſto meis.*

Ἀρχὴ πάντων καὶ τέλος ποίει θεόν.



Lectiſſimo æqnè
ac Dilectiſſimo Viro,
RICHARDO HVTTON
Militi Aurato, vni Iuſtitiariorum
de *Communi Banco*; publicæ pa-
cis ſtudioſiſſimo, *Iuris* diſpenſa-
tori integerrimo; Suauitate
morum, Serenitate hono-
rum digniſſimo; Salus
externa, interna,
æterna.

Rotuli cauſam (Ornatiſſime Vir) & inueni curam. Vicit tandem *Clientis* impor-

importunitas, *Satellitii* authoritas, vel *causæ* probitas. Nihil tamen ex iſta laude, iſta luce, pulcherrima nimirùm occaſione, mihi tam opportunè oblata, elucubrationes aut vigiliæ, ſudores aut moleſtiæ, labores, languores, æſtus, aut anguſtiæ meæ decerpent. Aliò attribuenda eſt huius prouinciæ gloria; Aliò referenda gratia.

tia. *Patrem* amiſi, *Patronum* tamen, imò *Compatrem* inueni.

Aumlſoq; vno non deſuit aureus alter. *Virg. Æneid. lib. 6.*

Optimi ſunt illi & amiciſſimi, qui inter procellas nobis ſubueniunt, inter aſpera nobis ſuccurrunt, & in anxiis nos æquiſſimi conſalunt. Verè dicam, *periiſſem, niſi periiſſem.* Ni omnia aduerſa exercitationes putaſſem; eamq; mode-

moderationem, qua fortis anima munienda est, vti medicinam malis, opportunè applicuissem. Genuina enim quædam ac generosa verecundia me penitùs retraxisset, ab acerbitatem doloris, occasionem mœroris mei retegendo. Ille enim, qui tantum temporis, noctis, olei, ac Lampadis, in Musæo *Palladis* consumpsisset, parùm accom-

accommodatus cenſendus erat, ad haſce inutiles lites, inter tot mellitas literas, repellendas, reſtinguendas certè. Neceſſitas tamen mihi impoſita fuit, repellendi, ſi non reſtinguendi. Et gratias ei, (à quo omnes gratiæ, veluti à fonte, hauriendæ ſunt) comperui languenti, ac penè fatiſcenti animæ meæ refrigerium, æſtuanti ſpiraculum,

raculum, deficienti vmbraculum, fluctuanti requiem. Ea enim tempestate, spes atque opes nauiculæ meæ, in Vno vnicè erant sitæ. *Bias* olim rogatus, *quid dulce esset omnibus?* *Spes*, ait. Hac spe fretus, vixi, imò moriens, reuixi. Post tenebras speraui lucem, sedem tranquillitatis post litem. Haud citiùs enim prospexisset me *benignitas tua*

tot

tot curis immersum, tot forensibus laqueis implicatum, anxiæ mentis perturbationibus agitatum, quàm manum adiutricem candidè porrexisti, mentem in lachrymas resolutam, conditè erexisti. Sic lumine & acumine Genii, ingeniique tui, lætatus fui, leuatus imò. Num ista me latent? Num inuisa obliuione sepelienda?

da? ingratæ purnicc mentis delenda? Miserè esset ingratus, qui sub silentio tot præteriret gratias. " Non est æquum tempore & die memoriam beneficii definiri. Ego igitur, veluti passerculus alter in *Zenophontis* sinu tutè sublitescens, voculas quasdem, licet debiles, ac benificentia tua maximè indignas, proferam; agelli mei manipulos quos-

—Δῶρα δ' ὀλίγητε, φίλητε. Dona parum, sed charum. Homer.

quoſdam grata ac gratuita mente offeram ; Hortuli mei excerptos quoſdam floſculos, intimè ac integrè referá. Nunquam enim ei deëro in reddendo officio, qui me ſibi tantoperè deuinxit in exhibendo beneficio. *Reuerentiæ tuæ* interim placeat, me non omnibus canere nec dormire. Quidam enim ſunt, nec obſcurioris ſortis ſe eſſe vellent,

lent, qui *Luscinia* sunt Comites, *Voces sunt, præterea nihil. Mercurium* in *lingua*, non in *pectore* gerunt. Sic *Lapides super Lapides* (vt *Aristippi* verbis vtar) plerunque *sedent*; ac veluti *Silentio* iurati, tacitè recedunt. Hi *Horologi* potiùs quàm *Iuridici* sunt dicendi; Magis horæ, quàm honoris publici Custodes.

Me

Me paucis malle à Sapientibus esse probatum.

Nonnulli tamen sunt, qui artificium benevolentiæ colligendæ optimè callent, in affectiones omnium sese facillimè insinuant, & venenum assentationis prurientibus auriculis leuitèr instillant. Isti autem, dum vitia virtutes fingunt, nigrum albũ faciunt, tenebras luce

ce induunt, liberè magis quàm ingenuè laudant, nec eorum laude meliores, nec vituperio deteriores reddunt. Ille enim, cui nullū Bonum malumue sit, nisi bonus malusue animus, laudare dedignatur, quod à virtute non approbatur: Ea sola est, quæ neque datur dono, nec accipitur; quæque in hospitiū tuum (*Vir optime*)

(nec

(nec assentari me vellem) constantissimè recipitur. Speculum miti mitem reddit ; in qua Speculari *Parentis* imagine, mira quadam reflexione, effigiem candidæ *Prolis* impressam intueor. Filium nimirùm tuum (vt taceam interim omnem eam spectabilem tuam progeniem) tuo nomine signatum, titulo insignitum, conspicuis gratiis

gratiis decoratum
generosis dotibus
instructum, can
dore ac lepore tuo
more & ore prædi
tum, à te felicitè
prognatum, & in
quo maximè gratu
lor, mihi cognatum
intimè dilectum.

Quid restat, quin
vt vota mea tamdiu
vobis debita & de
dita persoluã? "De
us optimus, maxi
mus,— *Vt seruet ani*
ma dimidium mea

Hor. Carm. l. 1 Od. 3.

Stir

Stirpem & Surculũ, Vitem & Palmitem, Patrem & Prolem, diutiſſimè incolumes ſeruet; ad Reipub. vtilitatem, ſuorum voluptatem, præſentis & futuræ vitæ decus & dignitatem. Vale, viue, fruere.

Ex Muſæolo meo;

Nouemb. 10.



RICHARDVS HVTTONVS

Anagram.

Nudis Tutor Charus

Nudis Tutor *eris* Cha
rus, *medicamine clarus*
Tutamen miseris, & me
dicina tuis.

Anagram.

-Deus trutina Cordi

Est Deus in nobis ; Deus
vita trutina Cordis
Tu Sculptura Dei, Nu
men imago tui.

Generoſiſſimis viris, *Prædialibus* Dominis, Septentrionali parte habitantibus; præcipuè autem in *Baronia Kentdalienſi* reſidentibus; Erga ſuos liberum *imperandi* arbitrium: *Tenentibus*, erga ſuos integrum *parendi* obſequium.

NOui, optimè noui (*Viri verè generoſi, intimè dilecti*) nil iniqua ſeruitute eſſe durius, nil Plebeio

Ambros. Epiſt. 70.

ludibrio grauius. *Vi*
uere & mori natur
functio ; ludibrio eſ
probro ducitur. Eò m
hæc tam ardua ver
prouincia duxit, v
iſti *Canes*, qui mih
tot *Canes* attulerun
in anguſtias ipſiu
Curiæ proferantu
Dominẽtur fortaſs
nec curo, modò pu
lico incõmodo m
nùs occurrat. Nih
autem eſt, quod n
grauiùs premit, im
perimit, quàm pe
fer

ferre homuncionum iſtorum proteruiam, procaciam dicerem. Quidam enim ſunt (nec auribus meis ſilent) qui theatrali more, & mimico ore, in publicam Scenã nos protulerũt, (quid autem deformius quàm *Scenam* in *vitam* transferre?) Et quo tandẽ more nos enudarunt? Nudo reuerà more. Finxerunt enim quoſdã Dominos, totannuos

prouentus à *Tene*
tibus accipientes,
Inferno esse dete
tos, ac gestu Scenic
(mimico si placet
laruali more esse er
tos: quos tot suppl
ciis in conspect
omniũ afficerunt,
Scenam in *Satyra*
texerunt.

De quodá etia
nuperrimè fama pe
crebuit; qui sese e
ga DOMINVM suu
contumaciùs geren
non se solummod

in applauſum vulgi procaciùs expoſuit, quin alios etiam peſſimo eius exemplo, pertinaciores fecit. Quem DOMINVS, vt diſertis hiſce verbis acriùs obiurgaſſet; "*Si hanc iniuriam mihi illatam, huc vſq; inultam, vel me Superſtite, non vlciſcar, nec caſtigem, hæredi meo, vel me moriente, transferam.* Cui ille; *Iſta me parùm terrent; Te enim hæredẽ tuum*

tam pauperem relictu-
rum esse spero, vt vi-
riliter satis ac fœlici-
ter litem faciamus,
imò finiamus cum eo.
Nos tamen, vt æ-
quissimum erat, si-
lentio negotiũ red-
dimus, petulantiori-
bus eorum linguis in
prædam nos tradi-
mus, iis scuta dedi-
mus, ac si nunquam
ex integro tela cum
plebeïs hisce Araneis
conseremus. Nunc
ineundum est bellũ
cum

cum belluis, certamen in ceris, prælium in prelis, pugna ſine pugnis. Nunc iacta eſt alea; Nunc intranda eſt palæſtra; Petenda eſt area. Si vincamur, Serui facti ſunt Domini; Si palmam nobis arripiamus, fiunt Serui. Aſſero, & verè aſſero; *Eſt viri boni dicere, cùm perdere potuerit, peperciſſe, quàm cum parcere potuerit, perdidiſſe.* Nequitiæ

cic. de Orat. lib. 2.

autem (ſæuitiæ in
quam) prauiorum
hominũ acquieſcer
eſt infeliciter vinc
" Difficulter reſ
cantur vitia, quæ no
biſcum creuerun
Ille nimirum Agr
cola, qui in propri
finu Colubrem alui
eâ, quam peperit, pe
riit. O vtinam, ill
viperarum genimin
in propriis laribu
ſinibus imò, non e
ſent parta & pre
gnata! Mitiore mo

re nobiſcum plerunque agunt, ſeq; pauperes & mendicantes eſſe dicunt; Interim ſeipſos Emptores, nos Venales faciunt. Lachrymabili more, pallidulo ore, attrita magis *cortice* quàm *corde*, (Ardelione Aulico, *Brachio Fortiori*, ad hoc officium fungendũ introducto) publicos Conuẽtus repetunt, imò repunt, quò pudorem, pœdoré imò, Spe-

Spectantibus narrẽt
Ouid. "*Vixq; tenent lachry-*
mas, quia nil lachry-
mabile cernunt. Quid
inter tot anguſtias
agendum eſt? Com-
munis cauſa agitur,
Non de terminis, ſed
de tota poſſeſſione,
contenditur; iunga-
mus vires, vt decet
viros; acri & alacri
animo, publicæ cau-
Hieron. Epiſt. ad Cæl. de inſtit. Matrit. ſæ conſulamus. *Si*
viuite, vt nemo de vo-
bis malè loqui abſque
mendacio poſſit. Hoc
enim

enim operæ-pretium erit, & cauſæ noſtræ æquitatem vindicare, & de eâ prouinciâ tam infœlicitèr adhuc tranſactâ, quod noſtrum eſt, vendicare. Veritas premi poteſt, opprimi non poteſt. Multa conceſſimus, in multis acquieuimus; Dedimus locum, vbi promeruimus ſedem.

Hoc fœdus? hæc eſt gratia? Hæc fratris fides? Sen. in Thyeſt.

Sic

Sic odia ponis?
Vt in vno complectar omnia, vobis benigna fiant omnia, benè dogamus, quod æquum est agamus; & nobis & nostris opportunè prouideamus. Nunc propriàs petàmus lares; " Pecoribus enim fatigatis, velocior domum gradus est. Valete, viuite, vincite.

Πάντα φίλων κοινά.

FINIS.

PALLADIVM;
in Dialogo
Inter
Palladem & *Themidem*,
lepidè contextum.

Pall.

QVo (Sacra Themis) *tramite curris?*
Quid spreta tua Palladis *etas?*
Quid prisca tua fama Minervæ?
Sed dicis; ero Palladis *umbra;*
Quidni propris cura Clientis?
Qui plena sugens ubera matris,
Iam prima meret Serta Parentis?

Them.

Quò tanta furit Palladis *ira?*

Non

Non ſemper eram pacis alumna?
Non nota tuis firma columna?
Candidi Vatis alma Columba?
Quid me laceſſit inclyta Pallas?
Quò verba refers?

Pall.

Cauſa Clientis,
Qui triſtis adeſt.

Them.

Quærit honorem.

Pall.

Non Spectat.

Them.

Amat?

Pall.

Spernit amorem.

Them.

An opes leues, Vrbis amicos?

Pall.

Non iſta monent (crede) querelam:
Altius hæret pectore vulnus.

Them.

Vulnus! ah præſtò quære medelam.

Pall.

Pall.

Te quæro.

Them:

Refer vulneris ortum.

Pall.

Pertulit æquo tramite cæſum.

Them.

Qui bella mouent?

Pall.

Infima vulgi.
Qua tamen auſam nulla dicet.

Them.

Arbiter quis eſt?

Pall.

Iulius *ipſe!*

Them.

An Cæſar?

Pall.

Habes:

Them.

Arbiter æquus.
Quid mente gemis? mitte querelas;
Aſtræa *regit* Cæſaris *alas;*
Pallaſque *ſtruit* Cæſaris *aras;*

APPEL-